

accipi, ita ut ejus objectum adæquatum non sit solus sermo, verum etiam ea, quæ sermoni sunt cognata, ut quævis facta ita informanda, ut ab iis omnis fucus, simulatio, & dolus malus absint. Sic ergo Veracitas est tum in actionibus, ut illæ sint candidæ & sinceræ, tum in sermonibus, ut illi cum animi nostri sensis consentiant, ne scilicet aliud dicamus, aliud sentiamus, quod est hominis improbi. Sic Aristoteles *ωςὶ δὲ τῶν ἀληθεία-*  
*τῶν τε καὶ ψευδομένων εἴπωρι, ὥμοιως τὸν λόγον καὶ πεάζεσσι,*  
*καὶ τῷ ὠφελοποιήματι, id est, tam verbis, quam actionibus &*  
*fictione. Sunt qui veracitatem & candorem faciunt spe-*  
*cies sinceritatis, & illam circa sermonem, hanc circa a-*  
*ctionem versari disserunt, quæ sententia non est temere*  
*rejicienda. Qui insistunt vestigiis Aristotelis, sub nomine*  
*ἀληθείας comprehendunt etiam εἰλικρίνειαν, i. e. sinceri-*  
*tatem sive integritatem, aufrichtigkeit & ἀνυποκεροσίαν,*  
*quam nos suprà commune adjunctum omnium virtutū*  
*fecimus cap. 4. Huc pertinet quod veteres Græci dicere*  
*consueverunt in contractibus, αὐθούσιον καὶ απάτην, id est,*  
*sine dolo & fraude. Sic sumitur vox ἀληθείας apud Pau-*  
*lum ad Philipp. I. v. 18. εἴτε ὠφελοποιεῖ, εἴτε ἀληθείᾳ, id est,*  
*sive in speciem, sive sincere; & 3. Johan. v. 3. Hujus etiam*  
*loci sunt, qui in dicendo & agendo tempestivè utuntur*  
*παρρησίᾳ, i. e. libertate seu licentiâ. Exemplum habemus*  
*in tribus viris sanctis, qui conjiciebantur in fornacem*  
*Babylonicam, Dan. 3. v. 16. 17. 18. in Mardochæo, Esther*  
*cap. 4. v. 13. & seqq. in Stephano, Act. 6. 7. in Paulo, Act. 22.*  
*& 23. in sanctis martyribus, qui ex παρρησίᾳ & constanter*  
*veritatem confessi sunt ad mortem usque. Solon Croeso*  
*Lydorum regi sincere respondebat, se ante obitum non*  
*posse ipsum beatum prædicare, ex Herod. lib. I. Hic*  
*quæsti potest, quum omnia debeat fieri sincere, candidè*  
*& apertè, annon vir bonus interdum simulare & dissi-*  
*mulare possit? Resp. per distinctionem inter simulatio-*  
*nem licitam & illicitam; illa est 1. quum non subest pro-*  
*positum injustè fallendi. 2. neq; consequendi majorem,*  
*quam par est, honorem vel quæstum, 3. neq; detrectandi*  
*officia*

## Quæstio